Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

Legitur in libro dyalogo

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

non moritur nec ignis eorum extinguetur. Septima pena
est quod corpus suum miserrimum adhuc debet reuniri
cum anima. Unde iudic... reddite ei duplicia etc.

Legitur in libro dyalogo de quodam monacho qui
credebat esse sanctus atque cum venisset conventus circa
exitum anime dixit monachis Recedite recedite quia datus
sum draconi ad devorandum. Quare quia cum pretenderem
me ieiunare et ducere vitam continentem in publico comme-
debam occulto et quia habebam opera non vera data est
contra me dampnationis sententia. Et postquam hec dixit
statim emisit spiritum. Ve ergo illi qui vult ingredi terram
duabus viis. Spiritus enim discipline effugiet fictum etc.

De superbia

Sacerdos enim quidam
nimis abhorrens peccata cum quidam peccator confiteretur
ei ad singula peccata spuebat. Cum confitens hec vidit
ad minora tamen peccata si maiora confiteretur vere
vomere appeteret. Et sic recessit sine fructu confessionis
propter superbiam confessoris etc. etc.

Non cognoscunt peccata sua.

Legitur quod duo fuerunt homines de bono genere sed male
factores quorum unus fuit iudicatus ad excecationem
oculorum alius ad suspendium. Et quia ante sua malefacta
fuerant amici et familiares iudicis impetraverunt ab ipso
ut unus eligeret clavum quem vellet cum quo oculi
sibi eruerentur alius tamen eligeret sibi arborem in quo
suspenderetur. Ad diversa ergo loca ducti sunt sed nec
ille clavum nec alius arborem ydoneam invenerunt.
Ita non faciunt isti qui volunt in peccatis suis et in malicia
sua gloriari. Omne enim prohibitum vel quid est aliud
quam pena clavus eruens oculos mentis et
arbor infernalis peccatoribus suspendens et tamen hunc
clavum et hanc arborem spontanee eligunt illi qui
cognoscentes peccata sua ista defendunt et contra
correpientes insurgunt et in ipsis gloriantur et ...
are volunt.

Quare homo debet lacrimas emittere pro peccatis

Moyses ad dominum. Domine audivi clamorem populi
tui aperi eis fontem aque vive et tunc aperuit eis
dominus fontem in petra et ipsi biberunt et in meta ...
Sic nos clamare debemus ut de petra cordis nostri